

IO. FRANCISCI PAPARI  
I. V. D. CATANZARIENSIS  
IVDICIARIA PRAXIS;

*In qua actiones civiles magis utiles, & frequentate in Regia  
Audient. C.V. & secundum communem praxim supra-  
rum Regionum Tribunalium tractantur; ac Con-  
suetudines Catanzarienses explicantur.*



*Es del*

*colegio de la  
Angels*


NEAPOLI, Apud Lazarum Scorigium. M. DC. XXXV.

*Gale Cinco R<sup>o</sup>*

Illustris. & Excellentis. D.  
**D. HECTORI**  
**RAVASCHERIO,**

Ex Comitibus Lauaniae, Principi Satriani,  
& Cardinalis Ducis,

*Vtili Domino Marchionatus Soreti, Comitatus Sibaris,  
Ciuitatum Vici Equensis, & Tabernae, ac Baroniarum  
Badulati, Cropanis, Rocce Piamontis, Turturæ,  
& Alcauilla, Consiliario Collat. Maiestatis Ca-  
tholicae, & Equiti Aurei Velleris.*



IO. FRANCISCVS PAVARVS S. P. D.



**V**ERVM est ( Excellentissime  
Princeps ) Platonicum illud,  
ex sono fictilia vasa, homines  
ex fermone dignosci; Verissi-  
mū quoque fictilia hæc quā-  
uis assiduo labore, & industria elaborata, nisi  
igne dequoquantur nullum, aut vix sonum  
reddere; vas est, & quidem fictile, hæc mea  
iudiciaria praxis, summis vigilijs, ac studio

# PRAXIS IVDICIARIA

IO. FRANCISCI PAPARI V.I.D.

DE CESSIONE BONORVM.

## SVMMARIVM.

- 1 Cessio bonorum quare à lege debitoribus concessa.
- 2 Forma libelli super beneficio prædicto.
- 3 Principalis debitor, & nõ fideiussor iuuatur.
- 4 Requisita, in iudicio prædicto seruanda.
- 5 Terminus ad petitionem creditoris solet concedi.
- 6 Cedens tenetur bona, & iura sua indicare.
- 7 Extrema probãda per debitorem, & creditorem.
- 8 Casus, cessionem bonorum impediẽtes.
- 9 Hares, qui non confecto inuentario hereditatem adiuit, & sic maritus in restitutione dotis, an beneficio prædicto iuuãtur.
- 10 Beneficio cessionis bonorũ renunciari non potest.
- 11 Debitor, qui cessit bonis

*cum notabili ignominia, si ad pinguiorẽ fortunam deuenierit, an possit pro debitis, pro quibus fuit facta cessio, conueniri.*

- 12 Cessio ignominiosè facta retractari non debet.

**C**VM quotidiana diuerforum occupatio, nos pauca scire permittat, & scita fraudatrix obliuio, memorię inimica, incognita reddat; cumq; otium, tanquam malorum multorum, occasio, fugiẽdum sit: ideo in aliqualem mei memoriã præsentem praxim iudiciariam componendam disposui, & extemporum calamitate, & pauperum angustia, deuenit practicabilis questio cessionis bonorum.

A Quod

giæ pragmaticæ, & erit  
 vt cedens in die, qua  
 regitur curia, & illa pro  
 tribunali sedente ascen-  
 dat lapidem, seu locum  
 ad hoc erectum, & ibi  
 per tubicem vocare fa-  
 ciat omnes creditores,  
 & facta explicatione di-  
 cti actus licetietur, & in  
 actis describatur, & ex-  
 pediatur saluaguardia in  
 forma, & non solum, vt  
 supra dictum est, ordo  
 iudiciarius non requi-  
 ritur: sed nec alia sol-  
 lemnitas; cum sufficiat  
 cedentis voluntas. *l. in  
 omni. C. eiusdē tituli. Me-  
 gal. in d. ver. cessio bonorū.  
 num. 1. dummodo dela-  
 tum confiteatur.*

5 Bene verum est, quod  
 si creditor petierit ter-  
 minum ad probandum  
 causas, cessionem impe-  
 dientes, conceditur, &  
 ita seruari affirmat *Ioan.  
 Francisc. Scaglione super  
 pragm. 3. tituli nostri nu.  
 25. nec hodie cedēs bo-  
 nis signum asportare te-*

netur, prout in dicta  
 pragmatica, cū sit quo  
 ad hoc, per subsequen-  
 tem correctā, nec fuit  
 vsu recepta.

6 Aduertas etiam, quod  
 cedens tenetur indica-  
 re creditoribus omnia  
 sua bona, & iura, si quæ  
 appareāt; & alioquin ad  
 cedendum non admitti-  
 tur, vt per *Megal. post  
 Doctores quos citat in  
 d. ver. cessio bonorum nu.  
 4. & in 2. Tomo variarū  
 resol. resol. 173. num. 11.  
 alias dicat in libello, qđ  
 intendit cedere omnia  
 bona, & iura, si quæ ap-  
 parerent; licet exponēs  
 nihil possideat, alias nō  
 admitteretur. *Bald. in l.  
 si. C. qui bonis ced. possint,  
 & Carolus de Grass. in suo  
 tract. de except. excep. 17.  
 nu. 48. quamuis teneat  
 hoc esse superfluum, Idē  
 Scagl. loco cit. nu. 3.**

7 Deueniendo tamen  
 ad explicationem cau-  
 sarum cessionem impe-  
 diētium, & quoties ter-